Advinam Effigiem

Regis Anabaptiſtarum Monaſterieñ.

ETATIS 26

Advinam Effigiem

Eberhardus of Cologne, 1536

© 2008 New Orleans Baptist Theological Seminary & Lloyd A. Harsch

¶ Epilogus eorum quæ acta ſint Monaſterij per
Catabaptiſtas.

MOnaſteriũ ĩclita Vueſtphaliæ metropolis, hæ
reticorum factione ab epiſcopo cui parebat,
Anno dñi. 1533. ruptis iurisiurandi ſacramentis,
deſciuit. Optimates epiſcopalis curiæ, qui comitijs
ea de cauſa in oppido Teleget indictis, eodem cõue
nerant, contra ius gentium capti. Quo facinore bo
nus quiſq; perterritus, & tranquillitati ſtudendum ra
tus, ignauiſſimo conſilio fuga quæſiuit ſalutem: ſed
& bona hæreticorũ pars rebus ſuis timentes, ultro ſe
ditioſam urbem linquebant. Quod ubi fama percre
buiſſet, ingens eo peſſimorũ hominum colluuies afflu
xit, ac mox anno. 1534. Nonis Ianuarij, execrabi⸗
le baptiſma ſucceſſit, præceſſitq; ſcelerata illa coniu⸗
ratio hucuſq;, ut nullius potuerit authoritate compri
mi. Maiore deinde licentia, uulgus ſacra prophana⸗
re, ſpoliarẽ tẽpla, uirgines cõſtuprare, Chrĩianæ pietatis
æmulis illudere, ad extremum urbe nudos expellere.
Omnibus itaq; deſperatis, quod ſolum reſtabat, epi
ſcopus urbem ualido circumſedit exercitu, opibus ar
chiepſcopi Colonieñ. & ducis Cliuiorũ adiutus. Hæ⸗
retici mœnibus incluſi, uarijs audacibuſq; eruptiõi⸗
bus laceſſebant hoſtem, & nũc his iam illis Mars pro
ſpera aderat, nihilq; pœne aliud per menſes ſex actũ
Pridie kaleñ. Septembris urbs ingentibus animis op
pugnata: ſed urbanis fortiſſime reſiſtentibus, magna
cum clade oppugnatores in caſtra repulſi, multis oc
ciſis multiſq; uulneratis. Ibi. 42. duces bellica gloria

A ij

Advinam Effigiem

Eberhardus of Cologne, 1536

© 2008 New Orleans Baptist Theological Seminary & Lloyd A. Harsch

multis annis clari, occubuere: neq; tamen ob eam
cladem ſoluta eſt obſidio, ſed nouo milite ſuppleta.
Hinc urbani, immane quantum inflati, Ioannem,
a Leydis oppido Holládiæ infimo quidem loco na-
tum, uerum forma, ingenio, facundia, audacia, frau
de, magniſq; facinoribus preſtãtem, ſibi regem, cui re
rum omnium poteſtatem facerent, cuiq; quicquid
opum fortunarum aut annonæ ſupererat permitte-
rent, conſtituere. Hic fretus ſeditioſorum quorũq;
expectatione (iam enim uaſta illa Germaniæ ſepten
trionalis littora in Monaſterium ſuſpenſa ſuſpecta-
bant) ſibi pollicebatur obſidione ſoluta, totum exer
citu per orbem graſſari, ut quondam Gotti, Cymbri
Hunni, Vandali, Langobardi, Saxones, Franci,
gentes prius obſcure, e Germaniæ angulo quopiam
prorũpentes totum tremefecere orbem. Valuis ædi
um ſua lingua inſcribebat: GOTTES MACHT
IST MYN CRACHT. Quod ſonat: DEI
POSSE MEVM ROBVR EST. &
ſe Attilam quendam animo ferebat. Cuſtodes corpo
ris gramineo & cœleſti coloribus ueſtiebat, ſcilicet ter
renam cœleſtemq; ſibi poteſtatem promittens. Inſi-
gne ferebat orbem gladijs duobus transfixum. Pro-
phetas ceu apoſtolos qui dolos arte necterent, quiq;
concirent ſeditiones, ad uicinas ciuitates, eas potiſ-
ſimum qui ab ſuo inſtituto parum abhorrerent, emit
tebat. Vxores duxit. XV. quotq; uoluiſſent permi-
ſit uiris habere uxores, cætera omnia eſſe communia
Inſtituit annonæ præfectos, qui dietim cibaria com
muniter & ſingulos partirent. Menſe obſidionis de-

cimo, impetrauit epiſcopus, ærario exhauſto, in re
liquam obſidionem, ab cæteris Imperij principibus
auxiliares pecunias. Deſignati noui ab Imperio du
ces, uallo ac foſſa, ne qua pateret aditus aut exitus
ullus, ſpatio uero unius ab urbe ſtadij, totam cinxe-
runt. Vallum ſeptem caſtellis, quibus milites inſede-
rent munitum, uidelicet ut fame urbem inſuperabilẽ
ad deditionem cogerent. Orta interea intra urbem
ſeditiõe, rex, xlvii. ciues qui conatibus eius repugna
bant, obtruncauit. Menſe quartodecimo, omnibus
prope conſumptis, ceſſatum communiter conuiua-
ri, uulgus herbis & radicibus uictitare, canes, feles, mu
res, in deliciis & præcio haberi. cum nihil ſuperfuiſſet
reliqui quo miſeram traherent animam: corium &
pelles cocta contuſaq; panis haberi loco, ſed ne hu
manis quidem per famis impatientiam temperatũ
eſt carnibus. Atq; inter hæc Rex mirabili impoſtura
dementauit pereuntes, ut non ante ſe perire crederẽt
q̃ periiſſent, adeo uana ſpe omnes alebat, uiros etiam
alioqui prudentes, quouſq; tandem fraude detecta, ſe
ro ſe deluſos complorarent, quotidieq; ſemianimes
turmatim transfugerent, nulla ſpe ueniæ, ſed ut com-
pendio miſeriam cum uita finirent. Menſe. xv. & . xvi
uix præteribat dies, quo non ad omnia caſtella ferue
rent cædes inermium transfugarum. Præbebant ue-
ro transfugæ miſerum de ſe ſpectaculum, mortuis q̃
uiuis ſimiliores. Cutis rugoſa & laxa aridis hærebat
oſſibus. Caput dixiſſes truncum & carne nudũ pro
collo arundini impoſitum. Aures, nares, genæ, labia
haud aliter q̃ papyrus tralucebant. Omnes exhau-

Advinam Effigiem

Eberhardus of Cologne, 1536

© 2008 New Orleans Baptist Theological Seminary & Lloyd A. Harsch

ſti,inualidi,eneraes,& quia uix ægrum corpus trahe-
bant,aut quadrupedum inſtar reptabant humi , aut
baculo connixi,greſſus nutantes regebant. Qui fuiſ-
ſet in ſolum lapſus,quamlibet conniteretur nequibat
ſuis exurgere uiribus.atq; ubi nemo ſuccurriſſet,effla
bat eo in loco indignantem animam. Ita paſſim tota
planicie quæ urbem inter & uallum protenditur,iace
bant exanimes. Cohortem.xl.aut amplius captiuo-
rum,procul in arces epiſcopi traducendũ , dux unus
itineris præcedebat,pedites duo (nec maior cuſto-
dia)tanq; gregem per campos agerent, pone ſeque-
bantur. Inter hæc oblatus quidam Epiſcopo pollice
tur,data ſibi cohorte ſcandere mœnia , portas male
cuſtoditas perfringere,quantumq; uellet exercitum ĩ
troducere,omnibuſq; exploratis,habita ĩdicii fides.
Tum princeps clementiſſimus,prius oſtẽtata uenia,
tentauit ſi deditionem facerent. Quam ubi per contẽ
ptum negarunt,omnibus ad oppugnationem inſtru
ctis poſtridie,nempe in ferijs natalibus diui Ioannis,
noctu cum tercentum fortiſſimi pugnatores , occiſis
cuſtodibus porta una ſubijſſent,urbem undiq; adori
untur. Ciuibus & mœnia defendentibus & plateas ,
uario intra urbem Marte pugnatum eſt. Mœnia præ
ſtructo uallo dupliciq; foſſa munita,ac lacubus inſu
per ſuapte natura tuta,ciues facile tutabantur,ſube-
unteſq; omnis generis bombardis propulſabant . At
ubi hoſtem ſenſere in ipſa uerſari urbe,atrox prælium
incruduit,utrinq; enim pro uita certabatur. Ceperãt
hoſtes aream quæ maiori templo adiacet cum ciuita
tis foro,& ciuis indomitus,furore concitus ferocior

utraq; hoſtem ſtatione depulit,ac rurſum inde hoſtili
dextra fugatur,iterũq; fortuna uerſa,fugat ciuis ho-
ſtem. Tum proclamato ſilentio,putabantur ciues de
ditionem facere,at præter opinionem, Rex pulchro
uſus ſtratagemate,ingẽti cũ fiducia ita infit: Si uos
ꝗ meã hoſtilibus armis inuaſiſtis urbẽ, depoſitis ar-
mis,uolueritis pacẽ petere & ueniam, donabo uobis
hãc iniuriã,& uitæ ueſtræ parcã. Recentẽ militem hac
tã magnanimi uoce & fiducia potuiſſet terrere , ſed
ueteranus indignatiõe fremẽs,cõtos iteꝝ expedit &
gladios. Dũ hoc pacto certat̃ in urbis uiſceribus , ꝗ
ꝓcul ꝑ mœnibus ſtabãt,quaſi de uictoria ſecuri,op-
pugnatoribus inſultabãt,ſubindeq; acclamabãt: Ac-
cedite,repetite & reducite ſocios uĩos,liberate duces
uĩos,ac uoce ſublata uelut ouantes carmina ſua hila
res cãtabãt:quapropter reliquus exercitus,ĩ urbe de
bellatũ credẽs,ſpe deſtitutus,ab oppugnatione trepi
dus ceſſabat,gemẽs aduerſum casũ socioꝝ , & duces
palã criminatus,ꝗ ſocios ꝑdidiſſent & mactãdos ob
tuliſſent,parũq; aberat,qn duces ipſos inuaderẽt. Du
rauit hæc prælioꝝ facies uſq; in multã lucẽ,qñ Vuil-
dekindus unus e primarijs ducibus ꝓcurrẽs, ſublato
ꝓ uicta porta uexillo,exercitũ reliquũ ad urbẽ inuita
uit: Ibi toto demũ irrũpẽte exercitu,ꝗcqd ꝑ mœnibus
ſtabat cæſum diſcurſumq; tota urbe & graſſatum cæ
dibus. At urbanoꝝ circiter. DCC. Martis aleã forti
ter expturi,quos neq; miles neq; dux aggredi auſus,
cõglobati reſtitere in foro,quouſq; nũciatũ eſt Regẽ
diuerſa urbis parte captũ,tũ formidine uires ſuperã-
te,ſparſim dilabẽtes ſe abdidere,uixq;.cc.cũ meridies
appeteret,locũ tenuere. Hos totus aggreſſus exerci-

Advinam Effigiem

Eberhardus of Cologne, 1536

© 2008 New Orleans Baptist Theological Seminary & Lloyd A. Harsch

tus op p̄ſſit, & ſtrenuus qſq; pugnãdo in ueſtigio, cæte
ri palãtes occubuere. Capta urbe, nihil uictore exerci
tu inſolẽtius crudeliusq;, inexplebili ſagacitate uena-
bant̃ abſcõditos, totoſq;. x. dies cædibus uacabant.
Abdiderãt ſe qdã tectis, fugerãt alij ĩ domoꝝ culmĩa,
plures ĩ ſpecus ſubterraneos, cloacas, ãtra, e qbus ab-
ſtracti, ſtatĩ gladijs, contis, ſecuribus diſſecabant̃. Lu
dus erat iugulaſſe hoĩem. Mulieribus pſum, niſi quæ
milites ad irã puocaſſent aut ſeditõis autores fuiſſẽt,
cæteræ accepto abnegatiõis iuramẽto, urbe tm̃ & pa
tria expulſæ. Iuuẽtutẽ oẽm ita fames hauſerat, ut to-
ta urbe uix. x. ſupſtites remãſerit. Eſculẽtoꝝ apd̃ Re-
gẽ & regales, tm̃ iueniebat̃, quãtũ ipſi & ſuis in men-
ſes tres aut quatuor ſuffeciſſet. Pereunte uulgo fame
& inedia, alebat ipſe circiter. cc. robuſtiſſimos qbus
q̃; maxĩe fidebat uiros. Oĩbus horrorẽ ĩcuſſit uictæ
ciuitatis aſpectus, ubiq; corpa iacebãt exaĩa, undiq;
fœminaꝝ exaudiebant̃ eiulatus, hic domoꝝ uaſtitas
& fame extĩctoꝝ ĩſepulta cadauera, illic tẽpla ſemiru
ta & uix nudis parietibus fulta: quẽ nõ obſtupeface-
ret? Plane ultiõe ñ bello, feriẽte deo nõ hoĩe, ſacrilega
ciuitas corruit. Adduxerãt nephariũ baptiſma, ſic
puisũ ut ĩ natalibus Baptiſtæ exciderent̃. Sæuierant
in imagines ĩnoxias: ĩ deũ & ſcõs cõtumelioſi, ſæuitũ
ẽ ĩ ipſos uiuos. Proculcauerãt ſacra, ædes ſacras re-
bus oĩbus nudauerãt: quãtũq; potuere ſubuerterãt: &
ipſi ſine ſacris: ſine pœnitẽtia: ſine deo: fame & gladio
p extrema unctiõe perierũt. O ſi Deus Opti. Maxi.
donet hæreticis oĩbus maturã reſipiſcẽtiã: aut exem-
pli ſilis exitũ. Ad ſuã gl̃iam & eccl̃iæ ſuæ pacem.
Amen. Eberhardus, Carmelita Agrippineñ.

Advinam Effigiem

Eberhardus of Cologne, 1536

© 2008 New Orleans Baptist Theological Seminary & Lloyd A. Harsch